



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

117. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Zarate. Aversana Iuris
patronatus. Veneris 14. Martii 1653.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

ut, ut propterea possessio non falem civilem non amiserit l. 1. in princip. & in §. in amittenda ubi DD. ff. de acq. possess. Rota per san. mem. Greg. XV. decis. 252. numer. 4. Et ex natura correspondentium est, ut vno sublato corruat, & alterum, l. etiam si patre 30. §. ex causa ff. de minor. 25. ann. Grat. discept. for. capit. 14. num. 4. Rota in Romana Cambij 4. Februarij 1648. §. cum igitur coram Reuerend. P. D. meo Peutingero, & in decisione huius causa super Remissoria edita 4. Decembris 1651. coram me §. reuelantia. Et in terminis quod dimitte beneficium animo aliud consequendi, & non conuocatur, primum illud non amittat, firmavit Rota decis. 313. num. 5. vers. in correspondentiis coram Merlino, qua respiciat decis. 225. post Modern. de manu.

6. Ex his itaque sequitur, quod possessio Virgilij vndeque probata sit manutenibilis §. retinenda infra. de interd. Et illa Caroli vti posterior, & sic clandestina, & turbativa allegari nequeat, cap. licet causam 9. de probat. Modern. de manu. obser. 71. num. 2. & segg. Rota in Romana pratenfi fideicommissi 15. Ianuarij 1646. §. Hinc dicebant coram bon. mem. Arguelles. Nihil etiam refragante, quod Carolus immisus fuerit in possessionem mediante executoro literarum Apostolicarum. Nam cum executor processerit non citato Virgilio possessore omnino citando, Felin. in cap. dilectus il. 1. sub num. 1. vers. fallit. 2. de rescript. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 46. num. 9. & in decis. super Remissoria §. nec obstat. Vtique nulliter processit, & non priuauit Virgilium sua anteriori possessione. Rota penes san. mem. Gregor. XV. decis. 69. numer. 3. coram Iurati. decis. 185. num. 6. in Colonien. Præpositura 1. Iunij 1648. §. nec obstat quod Anna, coram R. P. D. meo Merlino. Quia tunc dicitur agere vti priuatus, Modern. Petrus. de substat. in specul. 50. num. 13. Rota in Elboren. Beneficij 18. Februarij 1647. §. non attento coram bon. mem. Arguelles.

Atque ita pro infirmante, &c.

DECISIO CXVII.

Sacrae Rotæ Romanæ coram R. P. D. Zarate.

Auersana Iurispatronatus.

Veneris 14. Martij 1653.

§. 1. **V**acante vna, ex quatuor portionibus Capellaniæ S. Iohannis Baptista, in Cathedrali Ecclesia Auersana de Iurispatronatus Laicorum fuit ad illam præsentatus die 1. Februarij 1651. D. Iohannes Baptista Lombardus, à D. Francisco Lombardo, vt in eius Summ. num. 2. Atque etiam D. Franciscus Raguccius, ab Angelo Antonio Nicandro, & D. Alexandro Palumbo, die 20. Decembris 1650. vbi pariter in eius Summ. num. 9. Vnde desuper orta lite, inter dictos præsentatos coram Ordinatio Auersana ad fauorem Raguccij, fuit lata sententia, à qua, cum ex parte Lombardi appellaretur, commissa mihi causa appellantis disputatum fuit dubium: Quis eorum esset instituendus, & Doctores instituendum esse Raguccium responderunt.

2. De vacatione enim beneficij, ac de habilitate, vtriusque præsentati, nulla fuit hæsitatio, nec magis de existentia Iurispatronatus, aut de eius pertinentia respectu Alexandri Palumbi; ista siquidem est inconuulsa, cum tam Lombardus, quam Raguccius fuerint præsentati à successibus Alexandri Palumbi, ad quem propterea Iurispatronatus pertinuisse negare non possunt, tanquam ex eodem iure venientes Rota coram Bellaym. dec.

268. Mantic. dec. 132. num. 1. in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. coram bon. mem. Arguelles.

3. Rota verò quæstio processit, circa pertinentiam Iurispatronatus, respectu Iulij Cesaris Nicandri, & Francisci Lombardi, qui litigantes præsentarunt; Nam Alexander Palumbo die 5. Augusti. 1639. dictum Iurispatronatus donauit die 5. Augusti. 1639. dictum Iulij Cesaris Nicandri, & successores Summ. Raguccij num. 5. Deinde verò 2. Octobris eiusdem anni, d. Iulius Cesar Nicandri retrocessit eidem Alexandro Palumbo donatori, ius præsentandi donec viveret d. Sum. Raguccij num. 6. Et præfatus Alexander Palumbo successit die anno 1645. hoc ipsum Iurispatronatus donauit d. Francisco Lombardo Sum. Raguccij numero 10. Vnde de prælatione, & valore d. donationum contigit dubitare, & Dominis visum fuit præferendam esse Nicandri donationem, quia est anterior donatione Lombardi l. si ante matrimonium Cod. de donat. ant. nupt. vbi Bald. & alij, & confirmata fuit à Vicario, die 3. Decembris 1650. facultatem habente ab Episcopo confirmandi tales donationes iuxta. trad. per Ferrer. conf. 227. à numero 1. & conf. 345. à numero 6. Gratian. disceptas for. cap. 303. numero 10. cum seg. Ricca. in prax. Iurispatronat. resolut. 189. Barbol. de Iur. Eccles. tom. 2. lib. 3. capit. 12. à numero 46. Rota in Gerunden. Beneficij 30. Aprilis 1640. coram Reuerendiss. Tarraconen. in Clusina Iurispatronatus 10. Maii eiusdem anni coram eodem, in Fesulana beneficij, seu Oratorij 5. Decembris 1646. coram Reuerend. P. D. meo Bichio, quæ quidem facultas probatur ex attestacione, & literis eiusdem Episcopi quibus omnino credendum est cap. post cessationem 1. & ibi gloss. de probat. Mascard. de probat. conclus. 990. numero 1. Menoch. de presump. lib. 2. presump. 17. numero 13. Rot. decis. 1. numer. 1. de probat. in nauiss. Et sic antequam confirmaretur donatio Lombardi die 30. Ianuarij 1651. Summ. Raguccij num. 8. semper namque præferendus est is, qui primo confirmationem obtinuit cum ante confirmationem, non sit abdicatum ius à donatore, vt per DD. in cap. saculum, & cap. illud de Iurispatronat. Viuian. de Iurispatronat. lib. 4. capit. 1. numer. 48. Rota coram Mantica dec. 86. num. 6. Duran. decis. 463. numer. 1. & in d. Fesulana beneficij seu Oratorij 5. Decembris 1646. §. 1. coram Reuer. P. D. meo Bichio.

4. Non obstat, quod donatio facta de anno 1645. ad fauorem D. Francisci Lombardi, fuerit confirmata die 30. Ianuarij 1651. per Vicarium Generalem Diocesis, vt in Sum. Lombardi numero 5. atque ideo Vicarij consensus, & confirmatio retrotrahatur ad idem donationis, vt per Lomberni. de Iurispatronat. lib. 3. parit. 2. quest. 1. artic. 21. numero 3. vers. casu autem noster Mantic. dist. decis. 86. numero 7. & 8. Nam ista retrotractatio, non potuit tertio præiudicium irrogare, cui iam fuerat ius quaesitum, videlicet Iulio Cesari Nicandro anteriori donatio, ex donatione illi facta de anno 1639. & prius confirmata die 3. Decembris 1650. iuxta. rext. doctrina in l. qui balneum, ff. qui pot. in pign. hab. Sanch. respons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 77. numero 15. Rota coram Duran. dist. decis. 463. numero 7. & segg. in dist. Fesulana beneficij 5. Decembris 1646. coram Reuerend. P. D. meo Bichio, & in Sulmonen. beneficij 23. Ianuarij 1647. coram Reuerend. P. D. meo Peutingero; maxime cum consensus præstitus per Vicarium donationi Lombardi non fuisset absolutus, sed conditionalis, & cum præseruatiua sine præiudicio alterius consensus præstiti ad fauorem haredum Nicandri, vt tradit Barbol. claus. 157. numero 8. & segg. Oltrad. consil. 237. in fin. Rota apud Seraph. decis. 144. numero 6. & decision. 810. numero 1. coram sanct. mem.

mor. Gregor. XV. decisio. 332. numero 4. & ibi Ad-

den.
5. Nec relevat, quod Lombardus antea institisset pro confirmatione in curia Episcopali, scilicet die 14. Decembris 1650. quæ instantia alias prodesse solet, ad sustinendam donationem, etiam in præiudicium eorum, qui deinde similem donationem obtinuerunt, vel à donatore fuerunt præsentati, & efficere, ut si petitio iniuste sit reiecta, aut delata Donatario, minime noceat, sed quod confirmatio subsequens retrotrahatur, ad diem petitionis, ut per cit. Lambert. de insepation. lib. 1. part. 2. quest. 1. art. 2. num. 3. vers. casus autem. Mantic. d. l. decis. 86. num. 7. & 8. Nam etiam admittitur prædicta conclusio tunc locum habet, quando constaret de instantia facta coram Episcopo, aut eius Vicario, facultatem habente, & istis reculantibus de recurso habito ad Metropolitanum, pro compellendo Episcopo ad confirmandum Sanch. resp. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 76. numero 14. in quibus terminis intelligendum esse Lambert. doctrinam declaravit Mantic. d. l. decis. 86. numer. 9. vers. sic. responsum fuit. Præterquam confirmatio donationis Nicandri nondum præcessit per duos ferè menses confirmationem donationis Lombardi, quinimo per 11. dies instantiam à Lombardo factam pro habenda confirmatione, si quidem ista facta fuit die 14. Decembris 1650. ut constat ex Sum. Lombardi. num. 9. quo casu dubitari non potest de prælatione.

6. Vltimus nec debet attendi retrocessio facta per Nicandrum ad fauorem Palumbi donantis 11. Octobris 1639. Sum. Raguccij. num. 6. Tum quia in ea defuit consensus Ordinarij requisitus, etiam in translatione intrepræsentandi, ut post Lambert. de insepation. lib. 1. part. 2. quest. 6. art. 4. notat. Sanch. resp. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 76. num. 7. Tum quia ista retrocessio fuit limitata ad tempus scilicet durante tantum vita d. Alexandri Palumbi, atque ideo vltius progredi non valuit, ex reg. iur. in lin. agris ff. de acquir. ver. domin. cum similibus Gurtier. part. lib. 3. quest. 31. numer. 7. Gonzal. ad reg. 8. cancell. §. 1. præom. num. 6. Mantic. dec. 232. n. 9. & dec. 267. n. 4. Rota decis. 690. part. 2. recent.

7. Denique ex abundanti, & ex supposito quod omnes prædictæ donationes essent nullæ ex defectu legitime confirmationis susceptoratus, nusquam à d. Alexandro Palumbo donatore fuisset abdicatum, ut committere probatur ex d. d. cap. facultum, & cap. illud de insepation. & ex superius traditis, atque ideo potius deberet attendi præsentatio facta per Palumbum ad fauorem Raguccij, quem potuisse præsentare, ac si donationem non fecisset, tradit in puncto Sanch. d. cap. 3. dub. 77. num. 5. in fin. Rot. penes Put. dec. 18. lib. 2. in correll. in d. Fesulana Beneficij coram R. P. D. meo Bichio.

8. Nec tunc obstat, quod Raguccius qui duas habet præsentationes alteram à Nicandro, alteram à Palumbo, teneatur declarare, qua præsentatione uti velit iuxta. text. in c. ut qui duas de elect. in 6. quem habere locum in præsentatione, voluit Lopus alleg. 8. numer. 3. Caualer. decis. 297. num. 3. Nam conclusio ista procederet in actore petente se institui, secus verò in Reo, qui non teneatur declarare Rocch. de Insepation. vers. honorificum quest. 40. num. 72. vers. limitata tamen.

Atque ita pro Raguccio vtrique parte informante Domini concluserunt, &c.

DECISIO CXVIII.

Sacra Rota Romana coram Reuerend.

P. D. Zarate, &

Mindonien. Parochialis.

Luna 3. Martij 1652.

31. Vacante per obitum Petri Fernandez Ecclesia Parochialis Sancti Vincentij de Lagor Mindonien. Diocesis, controuersia fuit orta inter Ordinarium Mindonien. prætendentem Vicariam dictæ Parochialis in concursu prouidere, & Capitulum Ecclesie Cathedralis Lucensis asserentem ad se spectare Vicarij deputationem ad nutum amouibilis, tanquam in Ecclesia sibi perpetuo vnita; Unde præuio concursu prædictus Ordinarius dictam Vicariam contulit Francisco Mel. Capitulum verò Andream Pardo designauit, pro cuius institutione coram Ordinario instituit; Quapropter appellationis causa commissa à Reuerendissimo Hispaniarum Nuntio cuidam Iudici Synodali Ordinarij sententia fuit reuocata, & declaratum dictam Parochialem esse perpetuo vnitam Mensæ Capitulari Ecclesie Lucensis, quæ postea per eundem Reuerendissimum Nuntium fuit confirmata, à cuius sententia, cum mihi causa fuisset commissa, proposui dubium. An esset locus concursui, & Domini negatiuè responderunt.

2. Ex ea nimirum ratione; nam constat prædictum Beneficium Sancti Vincentij esse perpetuo vnitum Capitulo Lucensi, adeo ut penes illud residat cura habitualis animarum, & exercitium duntaxat eiusdem Curæ Vicario incumbat, ut præter ex Bulla sal. record. Leonis X. edita de anno 1618. data in Summatio Capituli numero primo ex qua sufficiens vnionis probatio inducitur Garz. de Benefic. part. 12. capit. 2. numer. 226. Barbof. de iur. Eccl. 10. 2. lib. 3. capit. 16. numero 61. Rota decisio. 9. & 10. de reb. Eccl. non alien. in antiq. Buratt. decisio. 734. numero primo. & decisio. 870. eodem numer. & in recent. decisio. 174. numer. 5. part. 6. & decisio. 448. numero primo. & secundo, part. 4. tom. 2. & notam Add. ad sancti. memor. Gregor. XV. decisio. 196. numero tertio. vers. quando igitur. Quod procedit quando prædicta Bulla non sit extracta ab originali, sed sit sumptum de sumpto accedentibus pluribus adminiculis infra referendis, Rota penes Caputaquen. decisio. 234. numero secundo, part. 1. & in Segobien. Habitus 28. Ianuarij 1613. coram Sacrato, Iuncta etiam obseruantia (quæ constat) Rota in Virgellen. Vnionis 27. Iuni 1640. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Barchinonen. Parochialis 15. Februarij 1647. coram Reuerendissimo Terracinen. & decisio. 482. numero tertio, part. 1. decisio. 18. numero 1. decisio. 703. numero octauo, part. 2. recent. decisio. 469. numero quinto, coram sancta. memor. Gregor. XV. ubi Adde. littera B. decisio. 641. numero nono, coram Caualer. Quæ etiam prælumere facit iustificacionem eiusdem Bullæ concurrente longissimi temporis lapsu, Rota coram Sraphin. decisio. 1432. numero quarto, & recent. decisio. 196. numero sexto, & sequentib. part. 7. in Barchinonen. Vicaris 12. Decembris 1639. & 10. Martij 1640. coram Coccino, & 10. Februarij 1645. coram Eminentiissimo Cardinali Carrado. Accedente præterea, quod alias in executionem illius tanquam legitime extractæ emanauit sententia iuxta Caputaquen.